



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum peccata per penite[n]tiam dimissa redeant simpliciter per sequens peccatum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

cramenta noue legis, in quibus confertur gratia, peccata uenialia remittuntur. secundo, in quantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. & hoc modo confessio generalis, unio peccatoris, & oratio dominica, operantur ad remissionem uenialium peccatorum. nam in oratione dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. tertio modo, in quantum sunt cum aliquo motu reuerentia in Deum, & ad res diuinas. & hoc modo, benedictio episcopalis, asperio aquae benedictae, qualibet sacramentalis unctio, oratio in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt hominum, operantur ad remissionem uenialium peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia ista causant remissionem peccatorum uenialium, in quantum inclinam animam ad motum poenitentiae, qui est detestatio peccatorum, uel implicite, uel explicite.

AD SECUNDVM dicendum, quod omnia ista quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum uenialium: potest tamen impediri remissio, quantum ad aliqua peccata uenialia, quibus mens actualiter inhaeret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

AD TERTIVM dicendum, quod praedicta tolluntur quidem peccata uenialia quantum ad culpam, tum uirtute alicuius satisfactionis, tum et uirtute charitatis, cuius motus per praedicta excitatur. Non autem per quodlibet praedictorum semper tollitur totus reatus poenae: quia sic qui esset omnino immunis a peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolare: sed reatus poenae remittitur per praedicta sicut in modum feruoris in Deum, qui per praedicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

Super Quaestione octuagesima octaua Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Utrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali.

Infr. qu. 90. art. 4. ad 3. Et qu. 16. q. 2. artic. 1. q. 2. & 3.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt quod ueniale peccatum possit remitti sine mortali: quia super illud Ioan. 8. Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quaedam glo. quod omnes illi erant in peccato mortali: uenialia enim eis dimittebantur per caeremonias. ergo ueniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 2. Praet. Ad remissionem peccati uenialis non requiritur gratia infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. ergo ueniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 3. Praet. Plus distat peccatum ueniale a mortali, quam ab alio ueniali: sed unum ueniale potest dimitti sine alio, ut dictum est. ergo ueniale potest dimitti sine mortali.

SED CONTRA est, quod dicit Mat. 5. Amen dico tibi; non exies inde, scilicet carcere, in quem intruditur homo pro peccato mortali donec reddas nouissimum quadrante: per quem significatur ueniale peccatum. ergo ueniale peccatum non remittitur sine mortali.

RESPON. Dicendum, quod, sicut supra dictum est, remissio

culpa cuiuscumque; nunquam fit nisi per uirtutem gratiae: quia ut Apoll. dicit Rom. 4. ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum, quod gl. ibi exponit de ueniali. * Ille autem qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Unde nullum ueniale sibi remittitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uenialia ibi dicuntur irregularitates siue immunditiae, quas contrahebant secundum legem.

AD SECUNDVM dicendum, quod licet ad remissionem peccati uenialis non requiratur noua infusio habitualis gratiae, requiritur tamen aliquis gratiae actus, qui non potest esse in eo, qui subiacet peccato mortali.

AD TERTIVM dicendum, quod peccatum ueniale non excludit omnem actum gratiae, per quem possunt omnia peccata uenialia dimitti: sed peccatum mortale excludit totaliter habitum gratiae, sine quo nullum peccatum mortale uel ueniale remittitur. & id non est similis ratio.

QVAESTIO LXXXVIII. De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum.

ET Circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum peccata per poenitentiam dimissa, redeant simpliciter per sequens peccatum.

¶ Secundo, Utrum aliquo modo per ingratitudinem redeant specialius secundum quaedam peccata.

¶ Tercio, Utrum peccata redeant in equali reatu.

¶ Quarto, Utrum illa ingratitudo, per quam redeunt, sit speciale peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS. Utrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod peccata dimissa, redeant per sequens peccatum. Dicitur enim Augustinus in libro de baptismo: Redire dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est, apertissime Dominus in euangelio docet in illo sermo, a quo dimissum debitum dominus repetit, eo quod ille conscientio suo debitum nollet dimittere: sed fraterna charitas tollitur, per quodlibet

bona facta extra charitatem potest aliquis secundum omnes mereri de congruo aliquod bonum temporale. ergo expiationem poenae temporalis debet peccato ueniali.

¶ Ad hoc factum dicitur, quod culpa peccati uenialis non tollit iolummodo reatum, sed etiam ordinem ad actuale dilectionem Dei: est enim impeditum feruoris charitatis, & ex hac parte habet rationem cuiusdam offensa Dei. Et propterea dato, quod sit in peccato mortali posset reparare reatum uenialis peccati (puta, quia ex mendace iocose uel officiose, habita uel est ad ueritatem dicendam etiam iocose & officiose) non propterea remissionem consecutus est praeterea culpa, qua aliquo modo Deum offendit, quoniam nulla offensa sine gratia a Deo dimittitur. Nec displicentia illa quae in hoc ponitur, sufficit ad remissionem culpa: quia non est Deo accepta, sine gratia, ut in litera of. ex Plal. & Apollolo & gl. Beatus uir, cui non imputantur demeritis peccatum &c.

¶ Ad secundum dicitur, quod si casus accideret, & peccatum illud ueniale aeternaliter puniretur per accidens, hoc est ratione status, qui a se est in statu, in quo semper maneret culpa: manente autem culpa in aeternum, debet etiam poena esse aeterna, ut impleat Duran. in eodem lib. approbat.

¶ Ad tertium dicitur, quod quicquid sit de poena, negandum est quod per bona opera facta extra charitatem possit aliquis mereri de congruo remissionem culpa, & propterea argumentum non militat contra praesentem doctrinam.

¶ Super Quaestione 88. artic. primum.

IN articulo 1. qu. 88. circa illud, homo secundo peccans, ex hoc ipso uideatur grauius

Glo. in articulo 1. qu. 88. super illud Beatus uir non imputat demeritis peccatum.

Infr. art. 2. & 4. dist. 21. q. 1. art. 1. lib. 2. de baptismo, contra doctrinam c. 17. in c. 107.

Art. preced. ad 2. & qu. 36. art. 3.

Art. preced. art. 6. & qu. 36. art. 3.

gravius peccare, quam prius peccare, rat, dubium occurrit, nam fallum videtur secundum peccatum esse gravius primo, immo totum oppositum quoniam prius peccatum est casus ab innocentia: secundum autem ad est forde sordi, iuxta illud, Qui sordidus est sordescat adhuc. Constat autem maioris ingratitudinis esse peccare contra beneficium innocentie, ex quo aggravatur primum peccatum quam contra beneficium expectationis ad poenitentiam, ex quo aggravatur secundum peccatum.

Ad hoc dicitur, quod non est hic sermo comparativus peccatorum penes gravitatem, sed continentie quasi virtualis prioris peccati in posteriori, non simpliciter, sed secundum quid; hoc est secundum aliquam certam specialem rationem: puta quia posterius peccatum est contra sustinentem indignum sustineri. Et ideo cum hac doctrina stat, quod primum peccatum fuerit ex propria specie gravius, puta blasphemia Dei, secundum existentem peccato gultu, & secundum rationem ingratitudinis, puta, quia primum fuit contra beneficium innocentie, secundum autem etiam si leuissimum ex sua specie mortale esset, semper habet hanc aggravantem circumstantiam ingratitudinis ex prioris peccato confluente, quod est contra hoc beneficium expectationis indigni ex prioris commissio peccato: secundum hanc enim circumstantiam gravius est secundum peccatum, quam primum. Et hinc Auctor ad similem gravitatem secundum similem circumstantiam procedit in litera: peccatum enim post poenitentiam, ut in tertio patet articulo, non oportet esse gravius absolute peccato dimisso: sed semper est gravius secundum quid, hoc est secundum

bet peccatum mortale. ergo per quodlibet sequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per poenitentiam dimissa.

¶ 2 Præ. Super illud Lucæ 11. Revertar in domum meam unde exiit, dicitur Beda, Timendus est iste iustitius, nec non exponendus, ne culpa quam in nobis extingam credebamur, per incuriam nos vacantes opprimat. hoc autem non esset nisi rediret. ergo culpa per poenitentiam dimissa redit.

¶ 3 Præ. Ezechiel. 18. Dominus dicit, Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitias eius, quas fecerat, non recordabuntur: sed inter alias iustitias quas fecit, etiam præcedens poenitentia continetur, cum supra dictum sit, poenitentiam esse partem iustitie, ergo postquam penitens peccat, non imputatur ei præcedens poenitentia, per quam consecutus est veniam peccatorum. redeunt ergo illa peccata.

¶ 4 Præ. Peccata præterita per gratiam teguntur, ut patet per Apostolum Roman. 4. inducentem illud Psalm. 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sed per peccatum mortale sequens gratia tollitur. ergo peccata quæ fuerant prius commissa, remanent detecta. & ita videtur quod redeant.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 11. Sine poenitentia sunt dona & uocatio Dei: sed peccata poenitentis sunt dimissa per donum Dei. ergo per peccatum sequens non redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis poeniteat.

¶ Præ. Aug. dicit in lib. responsionum Prosperi: Qui recedit a Christo, & alienatus a gratia finit hanc uitam, quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod dimissum est recedit, nec pro originali peccato damnabitur.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio a Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se consideratum est commune omnibus peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur a Deo. unde & per consequens macula, quæ est per priuationem græ, & reatus pænæ æternæ cõia sũt oĩb. peccatis mortalibus. & sũ hoc intelligit id, quod

ad Jacob. 2. Qui offendit in uno factus est omnium reus: sed ex parte conuersionis, peccata mortalia sunt diuersa, & interdum contraria. Unde manifestum est, quod ex parte conuersionis, peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatē recederet in habitum uel dispositionem auaritię prius abolita. & sic contrarium esset causa sui contrarii, quod est impossibile. sed considerando in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutæ, per peccatum mortale sequens redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem, in quantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pænæ æternæ, sicut & prius erat. Verum quia auersio in peccato mortali, ex conuersione quodammodo causatur, recipiunt ea, quæ sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem per comparisonem ad diuersas conuersiones sicut ad diuersas causas: ita quod sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout confurgit ex alio, & alio actu peccati mortalis. & hoc modo, in quæstionem uertitur, utrum macula & reatus pænæ æternæ secundum quod causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatum mortale sequens.

Quibusdam igitur uisum est, quod simpliciter etiam hoc modo redeant. sed hoc non potest esse: quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autem peccatorum priorum, fuit opus diuinæ misericordie. unde non potest irritari per sequens peccatum hominis, secundum illud Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacauit? & ideo alii ponentes peccata redire, dixerunt, quod Deus non remittit peccata poenitenti postmodum peccato: secundum prescientiam, sed solum secundum presentem iustitiam: præcicit enim se pro his peccatis cum æternaliter puniturum, & tamen per gratiam facit eum presentialiter iustum. sed nec hoc stare potest: quia si causa absolute ponatur, & effectus ponitur absolute. Si igitur non absolute fieret per gratiam, & gratiæ sacramenta peccatorum remissio, sed cum quadam conditione in futurum dependente, sequeretur quod gratia & gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum, quod est erroneum, utpote derogans gratiæ Dei. & ideo nullo modo potest esse, quod macula & reatus præcedentium peccatorum, redeant secundum quod ex talibus actibus causabantur.

Contingit autem, quod sequens actus peccati, uirtualiter continet reatum prioris peccati, in quantum scilicet aliquis homo secundo peccat, ex hoc ipso uidetur gravius peccare quam prius peccauerat, secundum illud Roman. secundo. Secundum duritiam tuam, & cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die ire, ex hoc scilicet solo, quod contemnitur Dei bonitas, quæ ad poenitentiam expectat.

Multo autem magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati, secundo peccatum iteretur, quanto maius est beneficium peccatum remittere, quam peccatorem sustinere. Sic igitur per peccatum sequens poenitentiam, redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorum, non in quantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed in quantum causat ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravat ex peccatis prioribus. & hoc non est

Tertia. Thomæ. OO 5 pec-

peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, in quantum scilicet, uirtualiter in peccato sequenti continentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud uerbum Aug. uidetur esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum poenae aeternae in se consideratum: quia scilicet, post penitentiam peccans, incurrit reatum poenae aeternae, sicut & prius: non tamen omnino propter eandem rationem. Vnde Aug. in li. de responsionibus Prosperi, cum dixisset, quod non id quod remissum est, recidit, nec pro originali peccato damnatur, subdit: qui tamen ea morte afficitur, quae ei propter peccata dimissa debebatur, quia scilicet incurrit mortem aeternam, quam meruerat per peccata praeterita.

Prosper in responsione ad 2. r. sine Gal. Ioh. & referat de poen. di. 4. c. Quire fecit.

AD SECUNDVM Dicendum, quod in illis uerbis non intendit dicere Beda, quod culpa prius dimissa hominem opprimat per reditum reatus praeteriti: sed per iterationem actus.

AD TERTIVM Dicendum, quod per sequens peccatum, iustitiae priores obliuioni traduntur, in quantum erant meritoriae uitae aeternae, non tamen in quantum erant impeditiuae peccati, unde si aliquis peccet mortaliter postquam restituit debitum, non efficitur reus, quasi debitum non reddidisset, & multo minus traditur obliuioni penitentia prius acta, quantum ad remissionem culpae, cum remissio culpe magis sit opus Dei quam hominis.

AD QUARTVM Dicendum, quod gratia simpliciter tollit maculam, & reatum poenae aeternae: Tergit autem actus peccati praeteritos, ne scilicet propter eos Deus hominem gratia priuet: & reum habeat poenae aeternae, & quod gratia semel fecit, perpetuo manet.

ARTICVLVS II.

Utrum peccata dimissa, redeant per ingratitudinem quae specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, & dolorem de penitentia habitam.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, quae specialiter est secundum quatuor genera peccatorum, scilicet secundum odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, & dolorem de penitentia habitam, secundum quod quidam metrici dixerunt:

4. dist. 23. q. 1. ar. 1. corp. & ar. 3.

Frater odit, apostata fit, spernitque fateri. Penituisse piget, pristina culpa redit. Tanto, n. est maior ingratitudo, quanto grauius est peccatum, quod quis contra Deum committit post beneficium remissionis peccatorum: sed quaedam alia peccata sunt his grauiora, sicut blasphemiam contra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum, ergo uidetur, quod peccata dimissa non redeant magis secundum ingratitudinem commissam, secundum haec peccata, quam secundum alia.

Hecur de poen. di. 4. c. Si Iudas.

¶ 2. Præter. Rabanus dicit, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quo ad usque redderet uniuersum debitum, quia non solum peccata quae post baptismum homo egit, reputantur ei ad penam, sed & originalia, quae in baptismo sunt ei dimissa: sed etiam peccata uenialia inter debita computantur, pro quibus dicitur, Dimitte nobis debita nostra. ergo ipsa etiam redeunt per ingratitudinem, & pari ratione uidetur, quod per peccata uenialia redeant peccata prius dimissa, & non solum per peccata praedicta.

¶ 3. Præter. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptum aliquis peccat: sed bene-

ficiu[m] Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccatum uitamur, dicit enim Aug. in 2. conf. Gratia tua de peccato quocumque peccata non feci. Maius autem donum est innocentia quam etiam remissio omnium peccatorum, ergo non minus est ingratus Deo qui peccat post innocentiam, quam qui peccat post penitentiam. & ita uidetur quod per ingratitudinem, quae fit secundum peccata praedicta, non maxime redeant peccata dimissa.

Li. 3. ad Rom. an. nec.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit 18. Moral. Ex dictis euangelicis constat, quod si quid in nos delinquit, ex corde non dimittimus: & illud rursus exigitur, quod nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. & ita propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem, & eadem ratio uidetur de aliis.

Li. 4. de o. eo. dicit. R.

RESPOND. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) peccata dimissa, per penitentiam redire dicuntur, in quantum reatus eorum ratione ingratitudinis, uirtualiter continentur in peccato sequenti. Ingratitudo autem potest committi dupliciter: uno modo, ex eo quod aliquid fit contra beneficium, & hoc modo per omnem peccatum mortale quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo, qui peccata remisit. & sic quodlibet peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa ratione ingratitudinis alio modo committitur ingratitudo non solum faciendo contra ipsum beneficium, sed etiam faciendo contra formam beneficii praestiti: quae quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorum. Vnde contra hanc formam facit, qui fratri petenti ueniam non remittit, sed odium tenet. Si autem attendatur ex parte poenitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrii, quorum primus est motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatae, & contra hoc facit homo apostatando a fide: secundus autem est motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus penitentiae. Ad quem primo pertinet (ut supra dictum est) quod homo detestetur peccata praeterita, & contra hoc facit ille, qui dolere se penituisse. Secundo pertinet ad actum poenitentiae, ut poenitens proponat se subiacere clauibus ecclesiae per confessionem, secundum illud psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, & contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quod proposuerat. & ideo dicitur quod specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

Art. praec.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, quia sint ceteris grauiora: sed quia directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum.

q. 85. ar. 5. & 6.

AD SECUNDVM Dicendum, quod etiam peccata uenialia, & ipsi originali redeunt modo praedicto, sicut & peccata mortalia, in quantum contemnitur Dei beneficium, quo haec peccata sunt remissa, non tamen per peccatum ueniale aliquis incurrit ingratitudinem: quia homo peccando uenialiter, non facit contra Deum, sed praeter ipsum, & ideo per peccata uenialia nullo modo peccata dimissa redeunt.

In corp. ar.

AD TERTIVM Dicendum, quod beneficium aliquod habet pensari dupliciter, uno modo ex quantitate ipsius beneficii, & secundum hoc innocentia est maius Dei beneficium quam penitentia, quae dicitur secunda tabula post naufragium: alio modo potest pensari beneficium ex parte recipientis, quod minus est dignus, & sic magis fit sibi gratia: unde & ipse magis est ingratus si contemnat. & hoc modo beneficium remissionis culpae est maius, in quantum praestatur totaliter indigne, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

A R.